

PRINCIPIUM
ET FINIS
POLITICÆ
DOCTRINÆ.

Hoc est,
DISSERTATIONES DUÆ.
QUARUM UNA;
PRÆCOGNITA POLI-
tices proponit.

ALTERA;
DE REPUBLICA CV-
randā agit.
AUCTORE
CHRISTOPHORO BESOLDO JC.



ARGENTORATI
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.

ANNO M. DC. XXV.

Waremund de Erenbergk. *tractat.*
de regn. subsid. cap. 15. num. 4.

Natura quasi ducente, politicam veritatem amavi, & scriptis etiam quantum potui, (post paucos in Germaniâ) exornavi, propagavi. Videbam enim Reipublicam Politicâ cavere non posse, & turbatâ juris Romani scientiâ, illam superiorem fore. Sed tamen cum Andrea Knichen, in *præfat. de Roman. Imp. autocratia*. vereor; ut seculum nostrum eruditum, nec eruditum; in Politicos, tam theoreticos, quàm practicos, sciolos & dicaculos tandem definat.

Ad Zoilum.

*Quid frontem caperas? quid stringis, Zoile, dentes?
Multa scio carpes, quàm capies citius.*



LECTORI LIBEL- LORUM MEORUM POLI- TICORUM SALUTEM.



Componere aliquid in quâcunq; arte, laudabile est. Cardinal. Tuschus. lit. C. conclus. 498. vide Lactant. de opific. Dei in fine operis. Ideo, quamvis, (vel Ciceronem monente) sat cognitum habeam atq; perspectum; disputare de republica: rem esse magnam: & Discursus de Statu, cibum

esse stomachorum magnorum; ut ait Politicorum prudentissimus, Antonius Perez. in aphorism. fol 70. Nemo tamen sine vitio, Mihi (ut puto) vitio vertet; necessarium & nobile studium hoc, si meâ quoq; operâ qualicunq; adiutumeam: & in simul amicis de auditoribus meis, gustum prabeam questionum per difficillimarum, & quæ hodiè in disceptationem maxumè vocantur, ne cum venerint in Theatrum, Mundanam spectaturi vanitatem, super lapidem (ut ille ait) sedeat lapis. Non aliquam descripsi Civitatis Ideam; hoc est, talem reipublicæ formam, qualem esse velim, ex meo sensu: id quod Plato, Morus, Campanella, Val. Andree, aliq; fecerunt. Sed de Politis, jureq; publico differto, qualia nunc sunt, vel fuerunt olim; id quod proderit forsan, cum ad Historicorum, tum rerum, quæ indies geruntur aliqualem dijudicationem. De litibus porro, non Politicis solum, sed & Religiosis, quas hodiè Discordie Dea, pariter ut olim Dissidii Pomum, inter Reges & Magnates projicit; non nisi rectis Rhadamanti decretis (quæ sola iudicii fructum sortiuntur inculpatum) pronunciandum esse scio: & earum nihilominus subinde feci mentionem; absque præjudicio enim, de iisdem differere aliqua, prohibitum haut unquam censetur. Et ego omnia discutienda magis à lectoribus; quàm statuta ac definita soleo semper proferre. Qui qua-

Discursos de Estado, viâda para grâdes estômagos,

DISSERTATIO PRIMA
PRÆCOGNITA PHILO-
SOPHIAE COM-
PLECTENS.

CAP. I.

*Continens philologicam Dissertationem, de
differentiâ divina, humanaq;
sapientia.*



UM de Republicâ mihi dissertatio sit instituta; necessa-
riò ab ejus initiis repetendum existimavi, *arg. l. 1. de orig.
jur.* Sed prius tamen, sua Encyclopædiâ Philosophicâ, Po-
liticâ designanda est sedes. Quæ res ut altius transferatur,
reputo operæ pretium esse. Ad id quod bonum videtur,
actiones suas universas referunt universi. Aristoteles, *lib. 1. Ethic. cap. 1.*
& *lib. 1. polit. cap. 1.* Ac naturaliter, tam mali, quàm boni, desiderant
quietem seu pacem; & omnes æqualiter laborant, ut vitam beatam, seu
felicitatem consequantur; ob insertam nempe verâ beatitudinis cupi-
ditatem. Kempis, 2. *cap. 54. à princ.* adde Fr. Thomam Campanell. *de
sensu rerum & Magia. lib. 1. cap. 16.* Nemo vult peccare, sed omnes de-
cipiuntur. Nemo nisi invitus peccat. Malum ut malum, nullo appetitu
appeti potest, nisi per accidens. Manuel. Paleologus, *oration. 2.* B. Tho-
mas, *part. 1. summa quæst. 19. art. 9.* Et sic in vitis Patrum, *part. 2.* Senio-
ris cujusdam apophtegma refertur; si videris aliquem peccantem, ne
mittas culpam in eum, sed in illum, qui impugnât eum; apud temeti-
psum dicens: Vah mihi, quia sicut iste nolens victus est, sic & ego hodie
vel crâs; & plange, & inquire Dei solatium. Sanè bonum, nec in univer-
sali, neque in particulari, odio haberi potest; & inde B. Thomas conclu-
dit, nec veritatis odium esse potest apud aliquem. 12. *quæst. 19. art. 5.*
Præclare Divinus Eccardus (in der Predigt am dritten Sonntag nach
Ostern/der Postill Tauleri bengefigt) alle Creaturen/ die jagen vnnnd
wirken

rerum harmonia, remittit gluten, quo omnia coherent; pax & tranquillitas abit, subsequitur confusio talis, quam nunc ubique, non nisi cum stupore videmus, cohorremus, formidamus, & quorsum eruptura sit, timeamus.

LUBUIT ETIAM SUBJUNGERE, QUOD

jam olim scripsit Aegydius Guttman, In der
Offenbahrung Göttlicher Ma-
jestät. lib. II. cap. 21.

Es seind vil Bisthumb/Aptenen vnd Probstenen abkornen/das man
jetz nicht weißt/wo die Bisthumb gestanden seind. Mag dieser vnfall auß
dem entsprungen sein/das etwa etliche Geystliche ein Gottlos/schand-
lich/ärgerlich Leben geführt/die Gottesdienst nit gebührlich verrichtet/
das Wort Gottes nicht lauter vnd rein gepredigt/vund also ihrem Ampte
nicht außgewartet/dardurch viel Seelen verführt worden. Darumb
wird Gott der Herr verhängt haben/das Sodoma vnd Gomorra zu ei-
nem Spiegel vund Schawspiel/vund den zukünftigen Gottlosen zu ei-
nem Ebenbild gesetzt worden/daran sich alle die Jenigen/so allda für-
über gehen/stossen/vund fragen sollen/was das Fürbild bedeute. Also
seind auch etliche Weltliche Fürstenthumb verändert/verkehrt vnd zer-
rissen worden/da die Fürsten zu grossen Pracht getrieben/ihre Vnder-
thanen beschwert/die benachbarte Meisfürsten bekriegt vnd alles anders
vbel gestiftet/bis sie vmb Leib vnd Leben/Land vnd Leut kommen/vnd
ihre Fürstenthum zu stücken zerrissen sein worden. Das alles ist auß dem
erfolgt/das sie ihrem Obersten fürgesetzten Keyser kein rechte Gehorsam
geleistet/von ihm kein Friedbott noch Ordnung angenommen/vnd ihn
noch darzu veracht. Derhalb hat sie Gott der Herr in schand vund spott
fallen lassen/auch zusehen/das sie von Land vnd Leut vertrieben/ver-
dorben vnd erschlagen worden/An etlichen Orten steht es auch in Re-
gimenten/als wolte alles zu grundt gegen/das schreyen Wittwen vund
Weissen/auch die armen Vnderthanen/vnd werden Hilffloß gelassen:
Niemand ist da/der Einsehen thete/also das ihr geschrey vund seuffzen
durch die Wolcken vnd gar in Himmel hinauff tringen. Vnd wo etwa
der Oberherr des Lands selbst Hoffbelt/da ist etwa das Regiment nicht
dermassen/wie es sein soll/besetzt. Da ist kein Hoffrichter/noch Cangler:
dort ist etwann kein Secretari/Verichtschreiber/Hoffmarschalck/oder
Hoffmeister/da mangelt man etwa der Räch/das dieselben nicht nach
nothdurfft ersetzt werden. So kein Raths oder Verichtsordnung. Etwan
sitzn kaum zweyen oder drey bey wichtigen Verichtshandlungen/vund

id est, optimatum vitia, procurarunt Monarchiam. Sic populi seu plebis Romanæ iniquitas, monarchiæ viam stravit. E contra propter Tarquinii vitia, regnum in Democratiam mutatum fuit; eandemque etiam ob causam monarchia, diu exola Romanis erat. Et sunt, qui putant: Libidinem magis nocere Principi, quam credulitatem. Botero, *d. dett. fol. 4.* cum illa simul pariat contemptum. Si filios peccantes non punit Princeps, acceleratur ruina. 1. *Samuel. 13. vers. 3.* Sic & David punitus fuit, quod nimis tenerè Absalonem diligebat, nec eum propter fratricidium punivit. Vicissim laudi cedit Philippo II. Hispaniarum regi, quod filio unico indigno, qui ei succederet, non pepercit. Sævitia vel in veram religionem, vel in verè pios, etiam si aliquibus in articulis impingant; plura Imperia evertit, quàm si hæretes tolerentur: ut politici volunt. Magna etenim sapientia est, agnoscere Dei visitationem; peccatum maximum, eam repudiare. Sanè etiam nequit iram Dei effugere nequitia, nec invalida res est injustitia; sed quandoque sui temeratores ulciscitur; & graviores pœnam ingerit criminosis, cum jam se liberatos esse crediderint; eò quòd non statim luere commissa. Joseph. 7. de bell. judaic. cap. 20.

VIII. Monarchas perdit nimia licentia, deindè rerum copia; amici improbi. Vopiscus in *Aureliano*. Canonhier. 8. dell. *introduz. 2. cap. 5.* Non enim deest perniciofa adulatio, perpetuum malum regum: quorum opes lapsius allentatio, quàm hostis evertit. Curtius 8. *historiar. de Alexand. Magn.* Confidentia quoque prisca famæ, multas res publicas, & nunc Imperium Romanum perdidisse visa fuisset: nisi modernus felicissimus noster Imperator Ferdinandus II. Princeps Romanus summus, quid possit, ostendisset. De Pompejo eleganter Lucanus, lib. 1.

————— Famaeque petitor

Multa dare in vulgus: totus popularibus auris
Impelli, plausuque sui gaudere theatri:
Nec reparare novas vires, multumque priori
Credere fortuna. Stat magni nominis umbra:
Qualis frugifero quercus sublimis in agro
Exuvias veteres populi, sacratæque gestans
Dona ducum: nec jam validis radicibus hærens,
Pondere fixa suo est: nudòsque per æra ramos
Effundens, truncos non frondibus efficit umbram.
Et quamvis primo nutet casura sub Euro,
Tot circum sylva firmo se robore tollant;
Sola tamen colitur.

Idemque de Imperio Ottomanni prædicit Boccacini. 2. *raggl. 45.*